

CLASSIS DECIMA-QUARTA.

*De Præparationibus simplicium
Medicamentorum usualium.*

Præparata officinarum communiter, & in specie sic dicta, nihil aliud sunt, quām simplicia nonnulla duriuscula in tenuissimum pulverem, accedente aliquā aquā cordiali, redacta talia sunt: *Terra*, *Lapides*, *Perlæ*, *Coralia*, *Crustacea* seu *Testacea*.

Modus præparandi.

Rem præparandam lèviga super Porphyrite lapide versatili quām minutissimè; inter lèvigandum asperge aquam aliquam Cordialem (*Puta Rosarum*, *Borruginis*, *Melisse* & similiū) ut fiat instar *Pultis*, hanc expone loco tepido, vel aëri, ut in umbrā exsicetur.

Nota. Quæ solidiora & duriora, adeòque minus lèvigabilia sunt, ustione antegressâ calcinari, friabiliaque reddi solent, ut *Cornua*, *Offa*, *Crustacea* & similia.

Usitatoria sunt

Præparationes *Cinnabaris*,
Conchæ,

Coral-

242

Corallorum alborum,
rubrorum,
Cornu Cervi usci,
Chel. Cancror.
Crystalli,
Granati,
Hæmatitis,
Hyacinthi,
Lapidis Armeni,
Calaminaris,
Judaici,
Lazuli,
Magnetis,
Margaritarum,
Matris Perlarum,
Oculorum Cancri,
Ovorum Struthij,
Saphyri,
Smaragdi,
Spodij,
Tutiae,

Nota. Quod ad confectionem Alkermes
Lapis Lazuli uratur in crucibulo postea ut
 supra terendo & levigando in tenuissimum
 pulverem redigatur.

Aluminis ustio.

q. Aluminis Rochæ quantum volueris.

Indatur vasi figulino non vitreato, &
 igne circumquaque accenso, aduratur do-
 necc ampullas amplius non emittat.

Butyri Majalis præparatio.

V. *Butyri insulæ sub mensis Maij finem confecti q. v.*

Indatur vali terreo vitreato, & Balnei vel Solis calore liquefacit: supernatans Butterum per inclinationem separetur à sero subfdente; & Colatum, idoneo loco sine sale recondatur, in annum usum.

Cochlearum Testarum præparatio.

V. *Cochlearum oblongas Testas, quæ propè piscinas & lacus reperiuntur, his affunde Acetum distillatum, stent in infusione per noctem ad extrahendum mucorem, quem diligenter abrades, postea pulverifa, & cum aqua Cardui Benedicti in marmore præpara: volatilis enim illarum cinis per calcinationem aliæ factus nullius est pretii, nec operationis in usu.*

Cornu Cervini spagyrica præparatio.

Calcinatio hæc commodè in Vesica perficitur coctione continuâ mediante distillatione aquarum *Acetosæ, Cardui Benedicti, Calendulae, Scorzonerae & similiūm*, per cuius vaporem *Apices Cornu* in collo Alembici quâ parte attingi & penetrari queant, suspensi, jucundo & miro modo ad perfectam albedinem absque flammis violentis vires aliæ exurentibus (ut in vulgaris calcinatione fieri solet) mollescant

&

BRUXELLEN SIS. 133
& calcinentur secundum artem, & seruen-
tur ad usum.

73

Millepedum præparatio.

¶. *Millepedum vivorum q. v.*

Diligenter à sordibus purgentur deinde
Spiritu vini dephegmatu incibrentur, &
calore moderato siccentur.

Opii Correctio præparatio.

Opium frustulatum & in teneras lamel-
las concisum collocetur supra laminam
ferream, quam super carbones accensos
leniter incalescere, & *Opij sulphur Narco-*
ticum sensim exhalare sine, quoisque non
amplius fumum vel vaporem emittat, ca-
vendo tamen ne comburatur; sed ut fo-
lummodò torrefiat, & hæc facilis est &
compendiosa, genuina tamen *Opij* præ-
paratio.

Plumbi ustio.

¶. *Plumbi q. v.*

Liquescat in fictili novo & injice *Sul-*
phuris pulverisati q. s. ignem succendito
flagrans plumbum spatulâ ferreâ versetur
donec prorsus in cineres redigatur.

Scammonii præparatio.

Scammonium super cartam bibulam ex-

I 3 pan-

134 PHARMACOPÆA
pansum fumo sulphuris suffumigetur, id
studiose cavendo ne liquefacat sed lentissi-
mo calore fumo sulphuris imbuatur.

Tuthiae præparatio.

*¶. Tuthiae officinarum, seu Cadmiae Gra-
corum quantum volueris.*

Ter saltem in Crucibulo candefacta, ter
aquâ Rosarum & Plantaginis extinguatur,
deinde super marmor in subtilissimum pol-
linem lævigata, cum aquâ Plantaginis &
Rosaceâ redigatur in pastillos.

Plures aliorum simplicium utpote Ra-
dicum seminum & similiūm præparationes
variis in dispensatoriis reperiuntur quo-
rum nonnullas, tamquam inutiles & non
necessarias refutamus nonnullas vero Me-
dicorum judicio & præscriptioni relinqui-
mus.



CLAS-